Quelle: https://manuscripta.at/?ID=468
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



aplorum dequibus supra dictum est. beati qui
seminant super omnem aquam ubi bos et a-
sinus calcant et lamentacionem et planc-
tum eorum qui eos persecuti sunt. dequibus inc-
sequentibus legitur. ue qui uos miseros
faciunt uos autem nemo faciet miseros.
et sicut tinea in uestimento sic attenuantur.
ex persona eorundem aplorum omniumque cre-
dentium. hec dicta conuincimus. Et est
sensus. Domine. in tuo sperauimus auxilio. et
in te confidimus. Semen incredulorum pe-
rit in eternum. et salus nostra in tempore tri-
bulationis apparuit. Te enim prebente
auxilium. omnis gentium multitudo
dispersa est. et prede atque illusioni hostibus
fuit. Et hoc factum est. quia sanctus dominus ha-
bitat in excelsis. et repleta est syon
iudicio et iusticia de qua supra scriptum est.
Requiescet in deserto iudicium et iusti-
cia. Ipsa est igitur syon que prius est appel-
lata desertum. et quicquid habitauit in ea
traditur ei lex euuglii. in cuius thesau-
ro salus nostra est. et sapientia credentium
et disciplina. et pietas siue fides que proprie
christianorum est. et timor domini. in quo the-
sauri sapientie continentur. Ecce
uidentes clamabunt foris. angeli pa-
cis amare flebunt dissipate sunt uie
cessauit transiens per semitam. irritum fac-
tum est pactum. proiecit ciuitates non re-
putauit homines. Luxit et elanguit
terra. confusus est lybanus. et obsorduit.
et factus est saron sicut desertum. et concus-
sa est basan et carmelus. Nunc consurgam
dicit dominus. nunc exaltabor. nunc sublima-
bor. Concipietis ardorem. parietis stipu-
lam. spiritus uester. ut ignis deuorabit uos.
Et erunt populi quasi de incendio cinis. Spine
congregate igni comburentur.

Verbum hebraicum arelam pro qua aquila
symmachus et theodocio interpretati sunt. ap-
parebo eis. extremam syllabam diuiden-
tes. et legentes arelahem. hebrei angelos
significare arbitrantur. et esse prophetiam pro-
uocationem gentium. et diuicias ecclesie de
subuersione templi. quod flebunt an-
geli. nequaquam intus habitantes sed exe-
untes foras et qui nuncii prius erant
pacis. amare flebunt. siue ipsi apostoli
qui missi fuerant. ut pacem nuntia-
rent ierusalem ad quam et dominus loquebatur. Si
scires etiam tu ea que ad pacem tibi sunt.
quibus apparuit dominus. ut eos suo confor-
taret aspectu. flebunt ierusalem. quia
non receperunt predicationem suam. eo quod
dissipate sunt uie. et cessauerunt transi-
ens per semitam iustam. iuxta illud quod in
hieremie lamentacionibus dicitur. Uie sy-
on lugent. eo quod non sint qui ueniant
ad sollempnitatem. Irritum quoque factum
est pactum. cum abraham ysaac et iacob.
Proiecit ciuitates iudee. non reputauit
homines qui suo uicio iumenta esse
uoluerunt. Luxit et elanguit terra. prophetis
qui morabantur in terra. Confusus est lybanus
et obsorduit. haud dubium quin templum
significet de quo in zacharia legimus.
Aperi lybane portas tuas et deuoret
ignis cedros tuas siue ierusalem. que in e-
zechiele lybanus appellatur. dicente pro-
phetia. Aquila magna magnarum alarum
que habet ductum in trandi lybanum. Quod
postea interpretans sermo diuinus cum in-
quit uenerit nabuchodonosor in
ierusalem. perspicue aquilam regem babylo-
nium. et lybanum ierusalem disserens. Factus